



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

9. De corporalibus misericordiae operib.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

PARS NONA.

De corporalibus misericordiae operibus.

Misericordiae opera ad corpus ipsum spectantia, sunt: Esurientes pascere, Potum dare sitientibus, Operire nudos, Captiuos redimere, Hospitio peregrinos excipere, Aegros inuisere, Mortuos sepelire. Omnibus denique miseris pro facultate, & necessitate subuenire. Propria autem Christianorum sunt hæc officia, quibus proinde à Christo Domino dicitur; *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* Et iterum: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Nam in primis misericordiae opera alumnis suis vitam æternam conciliant, sicut colligitur ex vltima magni Iudicis sententia. 2. Per ea satisfacit homo pro peccatis suis, & ab igne purgatorio liberatur. 3. Augetur per eadem fiducia in Deum, ac æternum animi gaudium. Eleemosyna, ait Tobias, ab omni peccato liberat, fiduciaque magna erit coram summo Deo omnibus facientibus eam. 4. Consequitur per ea sæpè homo bonorum temporalium copiam, quod innumeris exemplis probari potest.

*Luc. 6.**Matth. 8.**Eximia bona operum misericordiae.**Matth. 25.**Tob. 4.**Cōditiones in exercen-*

Ceterum vt tantos fructus ea pariant, debent primum præstari ex vnius Dei amore,

re, siue propter Deum, non ob humanum *da misericordiam* aliquem respectum cognationis, affinitatis, priuati amoris, &c. 2. Abundanter, *secū cessaria.* dum cuiusque facultates, & proximorum 1. *Propter necessitates.* 3. Alacriter: hilarem enim *da Deum.* torem diligit Deus. 4. Cum magna humi- 2. *Abundanter.* litate. Diues enim dat rem vilem, & acci- *danter.* pit regnum cœlorum; Vnde non est, quod 3. *Hilariter* pauperibus se præferat, quia plus ab illis ac 4. *Humi-* cipit, quàm donet. 5. Ex bonis proprijs, nō *liter.* alienis; secūs si fiat (ait B. Isidorus) non est 5. *Ex bonis* officium miserationis, sed emolumentum *proprijs.* magnum sceleris. 6. Sine spe remun- 6. *Sine spe* rationis sibi à proximo faciendæ: alio- *remunera-* qui mutuum esset, non eleēmosyna. *tionis.* Po- testamen à paupere sperari oratio. Vtile autem est ad has conditiones exactè seruandas, non in quouis paupere quantumuis vili, & lacero, Christum Dominum mentis oculis intueri; qui dixit, iuramento etiam interposito, ad fidem magis omnibus faciendam; Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

PARS X.

De spiritualibus misericordiae operibus.

Ignorantes docere, peccantes corrigere, dubitantibus rectè consulere, pro salute proximi Deum orare, mœstos cōsolari, ferre